

DEO Duceſt  
DISSERTATIO PHYSICA,  
DE  
P A R E L I O,

*Quam*

Conſenſu Ampliſſimæ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ  
In Regia ad Auram Academiâ;

PRÆSIDE

*VIRO CLARISSIMO,*

M. P E T R O H A H N,

SCIENTIÆ NATURALIS PROFESSORE REGIO,  
ET ACADEMIÆ BIBLIOTHECARIO:

*Candido eruditorum examini ſubmittit*

J O N A S J E L A N D E R,

SMOL.

In Auditorio Maximo,

Ad diem 4. Julii M. DC. XCI.

A B O Æ,

---

Impr. apud JOH. LAURENTII WALLIUM.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

MAGNÆ FIDEI VIRO

*Reverendissimo in CHRISTO Patri ac Domino,*

**DN. M. SAMUELI WIRÆNIO,**

Dioecesis Wexionensis EPISCOPO Eminentissimo,  
Venerandi Consistorii Præsidi Gravissimo, Regii Gymn. Schola-  
rumq; per eandem Dioecesin Ephoro Amplissimo, Domino  
& Mæcenati maximo.

*Admodum Reverendo & Præclarissimo Domino,*

**M. ENEVALDO WIDBECKIO,**

Civitatis Wexionensis & Bergundensium Pastori meritissimo,  
Dioecesis W-x: Archi-Præposito accuratissimo, Patrono ma-  
gno, summa animi veneratione maximè suspiciendo:

NEC NON

*Pl. Reverendis Præclarissimis & Venerandis Dominis,*

**Consistorii ASSESSORIBUS & LECTORIBUS,**

Promotoribus maximè suspiciendis.

**M. JOHANNI SZODWASS/** Pastori

in Kersberga meritissimo & præposito in Östherad accuratissi-  
mo, Promotori suo optimo.

**DN. LAURENTIO SIGGONIO,** Pastori

in Agundaryd fidelissimo & præposito Sunnerboënsi solertissimo,  
Patrono benignissimo

**M. JONÆ FAGRÆO,** Pastori in Swittarnd

vigilantissimo, Evergetæ colendo.

**M. BENEDICTO LITTORIIN,** Pastori

in Gunga fidelissimo, fautori & benefactori honorando.

**DN. SVENONI TILIANDRO,** Pastori

in Pisterud vigilantissimo, ut quondam Nutritio suo liberalissimo,  
ita nunc fautori optimo.

**DN. BERGERO GYSTORPHIO,** Verbi

Divini Ministro in Agundaryd pervigili, Affini suo per dilecto.

*Hanc Disputationem in grati animi Terpsychoræ basilicæ*

*& officiosè offert & dedicat,*

J. J. AUCH.

15. 5

THE  
DISTRICT OF COLUMBIA  
OFFICE OF THE  
COMMISSIONER OF THE DISTRICT OF COLUMBIA

OFFICE OF THE  
COMMISSIONER OF THE DISTRICT OF COLUMBIA

OFFICE OF THE  
COMMISSIONER OF THE DISTRICT OF COLUMBIA

OFFICE OF THE  
COMMISSIONER OF THE DISTRICT OF COLUMBIA

OFFICE OF THE  
COMMISSIONER OF THE DISTRICT OF COLUMBIA

Ad

JUVENEM

*Moribus & Eruditione commendabilem,*

DN. JONAM JFLANDRUM,

Smol.

Ἐπιχρῆσις :

DE PARELIIS,

Publicè & solertèr disputantem :



Ucatà incedunt specie multi persapè  
corusci,

Disparère solet sic jubar hoc fa-  
cile.

NONNÈ PARELIUS inconstans, JFLANDER  
Amice,

Tale notatè constans lumen eris Patriz!

Aboæ 27. Junii, 1692.

*Impeditus, tantum scripsit*

ELIAS JFLANDER

Med. Doct. & Prof.

VIRO -JUVENI

*Ut morum cultu Ornatissimo, ita literarum decore  
commendabili,*

DN. JONÆ JFLANDRO,  
de PARELIO proprio Marte solentèr dislerenti,  
Amico & Commiliti apprime  
dilecto:

**P***Egredium fueras seclator sedulus, omni  
tempore, mi JFLANDRO, ceu tua Vita docet.*

*Ingenii culti Specimen monstrare laboras  
egregio scripto, pervigili studio.*

*Grandibus inceptis toto tibi pectore grator,  
exoptans ausis prospera cuncta tuis!*

L. Mq; quamvis festinato ad-  
gratulabar

SIMON FAYO Aboën.

Met. & Log. Prof. Ord.  
ac Pastor Pickenfis, h.r. Fac,  
Phil. Decanus,





libro 6.



*I*n tellectus nostri aciem se ad natura  
ra lucem habere, sicut Noctua oculi  
ad Solis Lumen meridianum se ha-  
bent, confiteri non erubuit philo-  
sophorum princeps Aristoteles.

Quippe dum perlustramus splen-  
didissimas Caeli faculas, subtilissimumque illud magni  
artificis speculemur opus, non immerito atria physico-  
rum consensibus personant querimonis, quod circa corti-  
cem in multis versantur, & nucleum non inveniunt, cum  
enim potentia Divina sumit incrementum, sapien-  
tia humana sentit decrementum. Non dum sane Ari-  
stoteles & ejus interpretes digitis tetigere Caelum, quamvis do-  
gmata illorum haecenus fuerint communia, Teste Celeberr.  
Spurling. & licet indefessis natura interpretibus, sancta ve-  
ritatis penetralia adituris, multa difficultatum Syrtis &

A

scapu-

scopuli quam sepiissime obveniunt, adeò ut in medio cursu  
sistere cogantur vestigium, præcipuè dum in speculationes  
delabimur Meteorologicas, nihilominus tamen facer labor  
est, qui naturæ fatigat speculatores, tot enim Can-  
tant Deo hymnos, quot movent discursus, & dum  
hæc omnipotentis elaborata manus curiosè contempla-  
mur oculis, grato peccare in hæc erumpimus voces: Mi-  
rabilia sunt opera tua O JEHOVAH! Potius igitur,  
benevole Lector, talia mecum admirare quam rimare,  
& puta mihi non inde tantos sumere Spiritus, ut Physicè  
præferam nomen, quippe qui inter illos minimus, sed ut debitè  
mei memor, loco specimè aliquid eruditè ad examen de-  
feram. proinde veniam me impetraturum, licet omnibus  
& singulis, id enim nemo præstitit, ex voto satisfacere  
non possim. Veram enimvero cum omnia nostra Philoso-  
phandi ratio absque ope & auxilio Divini numinis  
manca & inutilis sit, implorandum Divinum numen,  
ut conatus mei non sine fructu abeant. Sit itaque

## §. I.



Vò planiorem nobis sternamus vi-  
am ad hanc insignem & nobilem  
materiam tractandam, mentionem  
inprimis breviter faciamus Me-  
teorum in genere, ea saltem re-  
censendo: quod *Meteora sint effluvio-*

*rum Affectiones, et, modo in hac, modo in alia represen-*  
*tantes formâ.* Hanc definitionem quam nobis ficit  
celebr. Spering. laudant & insignis perspicuitas, &  
concinna brevitatis, cum qua genus ejus proximum  
adæquatum, tum adjuncta & proprietates. Idcirco  
enim dicuntur affectiones, quia varias formas acci-  
dentales effluviis superaddunt, quis ignorat meteora  
illa ignita certis sedibus non affixa esse, sed vagari in o-  
mnes tres aëris regiones & varie affici. In supre-  
ma, Capræ saltantes, scintillæ volantes, trabs, fax  
&c. quæ speciem præbent stipularum & palearum  
ardentium, huc & illuc salientium. in media fulmen  
&c. In infima verò ignis fatuus, ignis Lambens, & Dra-  
co volans, quæ quidem in suo subjecto utpote efflu-  
vio pingvi & sulphureo, motu, ut candela extincta,  
accenduntur, flammam concipiunt, variasque re-  
præsentant formas. *Aquosa Meteora*, ut nubes, pluvia,  
grando, nix pruina, ros nebula &c. Quæ quidem  
prout aëris qualitas sit, transmutantur, & varias in-  
duunt formas. *Quædam vero spiritusosa*, quæ fiunt



vel intra terram, ut, terræ motus, vel sura, ut ventus,
 cujus vis & impetus ex effluviis flatuosis provenit.
 Hæc jam recensita meteora sicut grando, glacies,
 pruina, ros, nebula, nubes, & alia, dicuntur *hypostati-*
*ca*, quod res sint. Aristoteles vult illa corpora esse
 imperfectè mista, ex exhalationum materia, calore
 Solis & aliarum stellarum virtute, in terra & aère
 effecta; sed non sunt corpora, ideoque neque per-
 fectè nec imperfectè mista, omne enim corpus est
 substantia, materiâ & formâ constans, meteora non
 sunt substantiæ, nec materiam ex qua, nec formam sub-
 stantialem habent, neq; si ipsam illorum rimari velimus
 naturam, confundenda sunt subjecta meteororum cum
 ipsis meteoris, vapor & fumus, quæ materiæ & sub-
 jectâ meteororum sunt, verè sunt corpora, non tamen
 sunt ipsa meteora, pro diversa tamen & varia im-
 pressionè in iis fiunt meteora, quibus remotis, nihil
 præter accidentia, restat. Pluvia non est corpus, aliud
 aqua, aliud pluvia est, itaque cum forma pluvie non
 sit substantialis sed accidentalis, sequitur pluviam
 neque esse substantiam neq; corpus, *cum forma des esse*
*rei*. Sic vapor, nunc nebulam, nunc nubem gi-
 gnit, nunc pluvias, nunc grandines efficit, pro
 varia impressionè hoc vel illud meteororum con-
 stituit. Ideoque ejus formam non substantiam sed
 accidens esse apparet.

§. II.

Emphatica vero meteora: Parelius, parase-
 lene, halo, iris, virgæ, Chasma, stella cadens, colo-

res nubium, rubedo matutina, & vespertina &c. hæcce emphatica dicuntur, quod realem, quâ apparent, non obtineant faciem, & volunt hæcce meteora esse mera simulacra, species nudas & imagines fallaces, quæ sub considerationem physicam minus cadunt sed potius e limitibus ejus planè eliminandas. Nihilominus tamen dum consideremus entia rationis, & entia in potentia, possumus etiam de meteoris emphaticis dicere, quod sint entia realia, quatenus in mundo dantur citra omnem intellectus operationem. Consideret ergo ea physicus & cum Seneca dicat: *Hec inspicere, hæc discere, his incumbere, nonne transilire est immortalitatem suam, & in meliorem transferri sortem? si quid tibi inquis ista proderunt? nihil aliud hoc certè, sciam omnia augusta esse.* Hæc brevissimè dicta sunt de meteoris hypostaticis & emphaticis in genere.

### §. III.

Sequitur nunc contemplatio parelii in specie, cujus *engol* lingvæ Græcæ adscribi debet, composita enim est a præposit. *engol*, quod non tantum a ab apud, sed juxta significat, quæ acceptio commodior hujus loci est, & *λ. @*, id est Sol, ita ut parelius sit quasi alius sol, juxta verum positus. Ridicula enim est, & ex ignorantia lingvæ Græcæ nata etymologia Thimonis & Vitellonis, Parelius est quasi par & æqualis Soli. Svecicè alias

alias dicitur *Bäder. Sool* *Βή. Sool* / vel *Germa. Sool. Sonnen* / die parcius cernitur, ut nocte parafesene, quæ alias nocturnus Sol, Teste Plinio, dicitur. Obiter sic observatâ hujus Phœnomeni *Ἰουρολογίη* qua ipsam *ἔπουρολογίη*, iam sicco pede ejus Homonymiam & Synonymiam prætereuntes, pergamus justâ Methodo, ad *πραγματικὴς λογίης* sive definitionem realem.

#### §. IV.

*Parcius est imago solis à latere ejus in nube densâ, plana quiescente, & aquosa, per radiorum Solis refractionem expressa, Arist. 3. Meteor. Cap. ult. vel sic definiri potest: est imago Solis juxta eum in nube visâ, Fromond. lib. VI. Meteor. ceterum meteororum definitionem, quam tradunt communiter, non approbandam esse dicit Sperling. Clarissima tamen omnium est igitur hæc definitio: Quod est Meteorum Emphaticum, ex solis specie recepta in nube aquali splendida & continua genitum, ut duo vel tres soles in aere esse videantur. Quamvis alias hæc definitiones verbis nonnihil invicem discrepent, re tamen ipsa conveniunt, & conspirant. Quod vero genus concernit, est illud vel imago solis, vel meteorum emphaticum, distingvendum tamen est inter genus proximum & remotum. Conceptus differentialis desumitur à serie quatuor Causarum, efficiente, materia, formâ, & fine, ejusque affectionibus & proprietatibus, tempore*

pore, loco, numero, &c. quod in sequentibus ostendemus.

§. V.

Constitutâ sic Parelîi definitione, occurrunt ejusdem causæ perpendendæ, quarum, ut aliarum omnium rerum, ita etiam hujus efficiens universalis & prima est Deus Teropt. & Max. a quo omne bonum, & perfectum descendit, vel particularis & secunda, Sol seipsum in subjecto idoneo exprimens, cui etiam ceterisque corporibus cœlestibus, frigus & calorem, siccitatem, & humiditatem, fecunditates, & sterilitates, in hoc mundo sublunari, aliasque mutationes adscribimus: licet enim sol longissimè à nubibus distet, varias tamen imagines, & impressiones in nube, mediantibus radiis solaribus, beneficio vaporum & exhalationum è terra exsurgentium, efficit.

§. VI.

Quod materialem præsentis hujus meteorî causam attinet, nulla est ex qua, sed in qua seu subjectum, quod nubem appellamus: Sicut Iris non est ex, sed in guttulis aqueis, ita etiam parelius in nubibus & vaporibus datur non ex iis formatur, alias hæc nubes certis conditionibus prædita esse debet, si imaginem quandam recipiat, inquit Barth. scil. primo ut sit æqua



qualis, si alias uniformis representatio imaginis fiat,  
 & densa, ne omnino radios solis transmittat, sed  
 potius integram Solis imaginem retineat. *Secundo* pla-  
 na & splendida, si enim obscura, maculosa, & minus  
 plana, tum ineptior redditur nubes, sicut apud nos  
 res alperæ, maculosæ, impolitæ, nullam reddunt ima-  
 ginem, requiritur *tertiò*, ut sit continua, si enim divulsa  
 & divisa fuerit; integram non reciperet imaginem.  
 Insuper *quartò* certus nubium habebitur situs, sub  
 sole enim, & prope illum parelius generari nequit, quia  
 Sol prorsus disparet nubem, eamque nulla imagine or-  
 naret. Sed ex obliquo & latere solis nubem in aere non  
 procul a terra collocatam esse oportet, quo totam  
 solis imaginem referat, tunc enim radii solares, ad  
 visum nostram, solis imaginem, & ejusdem colo-  
 res in nube refracti exprimunt, teste Barth. in  
 Comm: Meteor. Cap. 5. de pareliis. *Quintò* consistens  
 & tranquilla debet esse nubes, alias propter in-  
 constantiam & mobilitatem, in eam non imprimitur  
 Solis imago, ut videmus in commota & fluctuante  
 aquâ, cujus naturæ cognatæ sunt nubes, sed potius  
 in immoto & limpido fonte imaginem cernamus, ut  
 de Vitellione refertur, cum noctu iuxta paludem e-  
 quo veheretur, alium commilitonem, qui se totum ad  
 ejus nutum componebat, animadvertit. Etiam me-  
 moratur de Antiphoronte: quod semper imagi-  
 nem suam ex aère reflexam viderit. Si jam spis-  
 sus & vapidus aër imagines rededat, quid obstat  
 quia



quin sol, beneficio radiorum solarium, in nube, suam imaginem eudere possit.

### §. VII.

Causa efficiente & materiali breviter & simpliciter sic evoluitis, accessum propius facimus ad formalem, quæ est ipsa imago solis in nube expressa, quæ interdum est una, interdum gemina, aliquando etiam tres, quatuor, & plures imagines apparent, omnes tamen suum ortum Soli debeant necessum est.

### §. VIII.

De Parelîi huius causa finali, seu effectu, multarum sunt opinionum divortia, quidam illum portendere ajunt, partim *sua natura*, res naturales, utpote, varias aëris mutationes, pluvias & tempestates, *praesertim si in parte australi constiterit*. Australem enim plagam nubibus frequentiore esse, ait Arist. inde enim maxime nubes ingravescunt, quæ materia sunt pluviae. *Partim ordinatione divina*; contentiones clandestinas, insidias, conspirationes, ad turbandum imperium & religionem. Exempli gratia hoc unicum referre lubet. *Quod Rex Polonia sex soles vidisset, is autem, qui ad occidentem stabat, atra fuligine squalidus aparebat, neq; multo post, Gallie Rex Franciscus in aëre captus est*. Præfagia & significationes etiam addit; *ut suspicari solent eiusmodi, quin nova fœdera con-*  
B
suam

suantur ac conspirationes clandestinae, ut quædam fastigis suo deiciant, vel dolo, vel vi, & malis artibus comprehendant. Multum in illis præter numerum & figuram, ipsa positio ad predictionis certitudinem facit, an ad latus, an sub legitimo sole locentur, an ortum, an occasum versis, an septentrionem, Austrum; &c. inquit Gemmam. l. r. C. 3. Cosmō. Sed hæc vanitatis suspecta, aut Deos quandoq; effectuum naturalium occasione vititur ad aliquem significatum. Potest etiam Genij boni an mali in talibus manus intervenire. Cereæ tamen pareij id non significant naturaliter. Magis tempestates & pluvias: ut etiam Paraslene ac virge, magne enim formidini sunt navigantibus, & eos Aratus, Aristoteles, ceteriq; in signis satis evidentibus turbationum aëris habent. Teste Fromond. Cap. 3. Art. Met. Hujusmodi Pareij visi sunt Wittebergæ Anno 1551. die 21. Martii de quibus beatæ memoriæ Dn. Philippus Melanchthon hocce reliquit versus:

Spargit ut in toto lucem Sol unicus orbe,  
 Viscoque unus cuncta calore fovet:  
 Unicus æterni sic natus mente parentis  
 Accendit radiis pectora nostra suis.  
 Hæi cur plura tamen Solis simulachra videntur?  
 Et vacuo mendax ludet imago polo?  
 Doctrinæ fingent aliqui ludibria forsam,  
 Adjicient alias dissidisque faces:  
 Sed tu Gnate DEI longe mendacis velle,  
 Concordes animos lux tua sola regat.

Alias

Aliàs lugubres eventus, conspectis Pareliis portendi sana non suadet ratio, brevitati itaque litantes, ulterius pedem promoveamus, & de phænominis hujus affectionibus pauca dicamus.

### §. IX.

Inprimis de numero pareliorum obseruandum, quod veteres, trinos soles, id est solem cum binis pareliis sæpius viderint, plures autem non esse visos, teste Plinio. Sex tamen soles simul à Rege Poloniæ conspectos fuisse, ut antea dictum in §. 8. antecedenti. Sed numerus fere binarius est, & non plures simul, quam tres visi, ait idem Plinius, Aliastamen, quid impedit inquit Seneca: *Quo minus tot sint, quot nubes fuerunt aptæ ad exhibendam effigiem Solis.*

### §. X.

Modum, quo id fiat, monstrat nobis ipse Sperl. per specula: *Sit homo constitutus inter duo specula, accedat quis & tres hominis istius spectabis facies, unam veram, reliquas duas apparentes. Idem de similibus iudicium.* Ita videmus aliquando tres soles, unum verum in medio, & reliquos in nubibus, ab utroque latere admotis, tanquam in duobus speculis. Similiter in speculo immotæ & claræ aquæ immerso certam effigiem solis duplicem cernimus, à speculo enim fit reflexio, in aqua autem refractione radiorum solarium, ut volunt Optici. Ulterius de modo generationis horum Pareliorum ostendendo, velex hisce

& similibus rationibus satis intelligi potest. Num quis nostrum miretur, inquit Senec. Si Solis effigiem in aliquo fonte aut placido lacu vidit. Alibi tam in sublimi facies ejus potest, quam internos, reddi, si modo idonea est materia, que reddat. Si modum reflexionis & refractionis consideremus, plura quidem essent dicenda de hoc meteoro, a refractione enim insigniorem referunt, quam reflexione imaginem radii solares, recti fortiores obliquis, reflexis vero refracti acridores sunt; sed nos de natura & indole hujus phaenominis saltem solliciti, radiaturam reflexam & refractam Opticis relinquimus.

### §. XI.

Tempora ejusmodi Parelijs gignendis apta, & idonea, sunt ver & Autumnus; & cum hisce duobus temporibus anni, multa exhalationum vaporumque congeries e terra expiret, praecipue sub finem & initium noctis, oriente & occidente sole plures, meridiano tempore vero, ob immodicos aestus consumentes omnes nubes rarissimi sunt. Notum enim est densiores istas nubes, mane & vespere, non tam faciliè posse à debilioribus tunc radiis solaribus consumi. Et ut frigus & calorem modicum videmus Parelia non evertere, cum vapor nivalis rorulentus concurrat ad compositionem hujus irculi, ita etiam ob frigoris & caloris clementiam, magis tunc tempore veris, & autumnii cerni possunt, non in



17
 Cœlo plane nubibus obducto, sed potius ex parte, & mediocriter sereno, nubilo, gravido, valido tamen, & perfringente Sole. *nam nubes adesse oportet, in quibus resplendeat sol, & aërem nullis ventis agitari. Sicut enim in specula agitato nil recte cognoscitur; ita etiam in nube commota & agitata non potest solis imago imprimi & representari alius, W olfg. in sua Meteor.* Pertinet autem hoc ad conditionem speculi, de qua supra in §. 10 ostensum. Præterea certum aliquod durationis intervallum & tempus huic phænomeni præfinire, sana nobis non svadet ratio, dum præcipue si de materiæ hujus tardioris & ceterioris destructione cogitemus.

## §. XII.

In numerum affectionum horum Pareliorum referri etiam potest locus, qui in omni climata videtur, sed in Zonis frigidis maxime. Causa est in aere, & vapore nivali rovente, quia Sol non alte scandit, sed perpetuo fere circumcurrit horizontem. refert formond. Ad latus solis australe aut septentrionale, & fere in eodem cum sole Azimutho (ut illi viri a Rothmanno) dispositos aspici, magis est solenne: quia vaporem, qui ante ad occasum est, adventu suo sidus sæpe dissipat, aut nimis ad speculum vel refractionem diducit; orientalem vero, qui retrò est, statim deserit, Inquit Arist. Alias ut dictum est prius in §. 8. sæpe in loco australi sæpissime etiam orientali, ad latus solis paraelii videntur, Nullum enim frequentius, quam orientem Solem comitentur, Fromond. lib. IV. Meteor.



## §. XIII.

Porro ad indagandam causam fulgoris, colorum, figuræ, & magnitudinis horum pareliorum, sive sint colore rubro, aut cœruleo, vel cuiuscunq; alius, margines eorum ornantis, sive in conspectu parvis non sint magnitudinis, sive alii alia gaudent figura, id ipsum maxime reflexioni & refractioni tribuendum censemus, & ad varias oculorum dispositiones necessariò determinamus.

## §. XIV.

In ulteriorem hujus arduæ & difficilis materiæ dilucidationem plura promere & adducere, ingenii vetat tenuitas & temporis brevitatis. Fatemur equidem lubentes expectationi tuæ, Candide Lector, non respondere elaborationem; interim tamen pollicemur nobis, humanam & benevolam censuram, ad quam Candidum Lectorem provocabit ipsa ipsius humanitas, quâ spe, etiam illum jubemus diu longumque bene valere, claudentes discursum nostrum sequenti *δοξολογία.*

*Gloria sit Patri, nato sit gloria Sancto,  
Gloria Spiritui, triadi sit gloria Sacra.*

## VIRO JUVENI

*Matalium splendore, politiorum literarum inclyta gloria, tenu-  
rumq; concinna decentia, politissimo,*

DN. JONÆ JELANDRO, Smoland.

Fautori & amico indubitatissimo, de PARELIO egre-  
giè in rostris Academicis disse-  
renti.

**L** Audibus eximiis Charites, Charitonia pubes  
Temet machabunt, Masarum doctæ satellites  
Aonidum decus JELANDER tu sidere) nate  
Felici. namque ingenio sat Apollinis undis  
Mundato vivis, specimen dare quippe laboras  
De arcanis Quærens, & vestigare recessus  
Nidens, & solers lustrare Parelius esse  
Quid possit fuscæ causas finemque revolvis,  
Quid tibi portendant simulacra in nube receptas  
Perspicue monstras; hoc pacto detegis aptè  
Ingenium Solers novit ceu ex ungue Leonem  
Quilibet hinc temet, surget tibi gloria vivax.  
Postquam te videat tellus Smolandica, abundè  
Gratatur. multum deprecatur ipsa laborem;  
Nec non quæ meruit virtus tibi premia tradit.  
Interea Dominum summum de pectoris imo  
Oro, conservare velit Te in Nestoris annos!  
Hoc ex corde precor, calido Deus applicet aures  
Voto! ceu voveo pia sint mea Vota valeto!

Paucula hæc in veri amoris, sincerique  
affectus tessera, festinus adjecit

HENRICUS SIRENIUS, Aboëns.

DN. JONAM JFLANDRUM  
Smoland.

Abitum ad paternos parentem lares, imprimis de PARELIO  
nervosè disputantem, amica & officiosa gratulatio:

Siccine Præceptor fautor fidissime Achates  
Linqvis finnonicam terram repetisque paternam.  
Totos nos leptem docuisti Palladis Artes  
Annos, qvapropter magno maclandus honore es  
Egregius certè nunc ausibus gratulor, atqve  
Opto, qvò posthæc maneat mihi fautor amandus  
Alme Deus finito, Præceptorem petere oras  
Tu patrias sospes, qvo vivat secula multa!

ANDREAS ÆIMELÆUS,  
*Satag. Finlandus*

---

*Pereximie Dn. Studiose, Præceptor honorande*

Pangere si potest tenuis mea fistula versus,  
Sat proluxa foret testari gaudia magna,  
Præceptori, ast non didicit, sed captet amanum  
Et sincerum animum, qui cuncta replere potis sit!

NICOLAUS ÆIMELÆUS.  
*Satag. Finlandus*

